

*L. XI, 17.*

*QK. XII, 17.*

*XI.*

*Hn  
1666*

# F A T A THANCMARI, PRINCIPIS SAXONIAE,

DESIGNAT,

S I M V L Q V E

## CASIMIRIANAE REI LITTE- RARIAE FAVENTES

<sup>AD</sup>

## O R A T I O N E M A V D I E N D A M

DECENTER AC OFFICIOSE

INVITAT

THEODORVS BERGER, D.  
IVR. CIV. AC HIST. P. P. O.

---

C O B V R G I,  
EX OFFICINA OTTONIANA.


FATA  
THANCIMARI

ERINCHIS SAXONIAE

DEGENAT

SIMULAE

CASIMIRIANAE RE  
RARIAE FAVI



ОЯТОИНЕ

ADIPENDUM

DECENTER AC OFFICIOSI

INITIAT

THEODORAS DERRERR D

NU CIV AC HIST PRO

COGRAPHY

EX OFFICINA OTTONIANA

**D**ifficulitatibus suis historiam, præsertim antiqui ac mediæ aëui, passim laborare, satis certum, & post alios, alio tempore a me quoque monstratum est; nec il lud, autumo, negari potest, aliquando dubius ac uexatis locis ratiocinatione justa lumen afferri posse, ueritatemque erui. Rem ex aëui mediæ historia in præsenti illustrare placet exemplo *Principis* omnino illustris, *Thancmari*, cuius natuitas certa, sed locus mortis admodum incertus est. Thancmarus, qui etiam Tanwardus, item Tammo uocatus, erat Henrici, Germanorum regis, cognomento Aucupis filius, quem ex Hatheburga, aliis Luidgerda, moniali, patre Erwino, nobili viro nata, An. CMX suscepereat: a) Quam tamen Hatheburgam, cum fuerit uidea uelata, Henricus ab Episcopo Halberstadiensi, Sigismundo, exsecuratus & ecclesia exclusus, deserere coactus, ideoque Thancmarus pro filio naturali habitus est. Amorem tamen pater, quem semel in filium conceperat, non depositus. Constitutus enim est Thancmarus a patre Marchio Misniae primus, uel minimu[m] hisce in finibus præfuit copiis parentis sui, uti hoc colligi potest ex Witichindi Corbejensis loco: b) „ datum quippe erat illis (Bohemis) & „ antea a patre suo bellum, eo quod uiolassent legatos Thanc mari filii sui. „ Quem locum & ill. Gundlingius ita explicat in Gundlingianis. c) Licet non desint, qui haec non solum in dubium uocant, sed & ipsum Marchionatum Misniae non contra Bohemos, sed contra Milcenos erectum esse autemant. d) Patre Henrico An. CMXXXVI. in monasterio Memlebens ad Onestrum in Thuringia defuncto, Thancmarus re bellis

A 2

a) u. Eccard. Franc. Oriental. T. II. p. 826.

b) Lib. II. ap. Meibom, tom. I. p. 643.

c) P. XXXIV. p. 338.

d) u. Schottigens und Kreissigs diplomatische Nachlese der Historie von Ober Sachsen. VI. Th. p. 178. Spener. Notit. German. med. p. 390. i)

bellis extitit aduersus fratrem, Ottonem M. regni successorem a patre designatum. Ipse enim Thancmarus affectauit regnum regisque titulum, quod natus erat Hatheburga, prima Henrici conjugae, cum qua tamen diuortium pater fecerat, ex consilio ordinis ecclesiastici, ut modo memorauimus. Accesserunt aliae postmodum caussae mentis a fratre rege auerae, quandoquidem hic Sifridi Comitis ditionem, maternaque bona denegauerat Thancmaro fratri. Clare Ditmarus: e)  
„Discordia quoque inter conciues consociosque oritur non  
„minima, quae Tammonem (Thancmarum) regis & Luid-  
„gerdae (Hatheburgae) concitauit filium, eo quod legatio Si-  
„fridi, Comitis Merseburgensis, quam sibi idem uendicauet-  
„rat, Geroni sit tradita Marchioni, haereditasque materna sit  
„ei prorsus ablata. Clarias loquitur Witichindus: f)  
„Illo quoque tempore defunctus est Sifridus comes, cuius dition-  
„nem cum sibi uendicasset Thancmarus, eo quod propinquus  
„ei esset, (nam mater ejus filia matertera erat Sifridi, de qua  
„genuit rex Henricus Thancmarum) & regali dono cessisset  
„Geroni comiti, afflictus est Thancmarus tristitia magna. Et  
„paulo post - - Thancmarus autem filius regis natus erat ex  
„matre nobili, manu promptus, acer ingenio, bellandi peri-  
„tus. - - Erat autem mater ejus multam habens posses-  
„sionem; qui licet a patre aliis pluribus sit ditatus, materna  
„tamen se haereditate priuatum aegre valde tulit. „ Quare  
arma sumvit ad perniciem sui suorumque Thancmarus, contra Dominum suum regem, expugnauit Bellick g) (Villicam) ad

e) Restitut. Lib. II. ap. Leibn. tom. I. p. 331.

f) Annal. Lib. II. p. 644.

g) Witichind. quidem l. c. nominat Badiliki, uerb. junctus est autem & Thancmarus Euerhardo, collectaque ualida manu, oppugnabat praefidium, quod dicitur Badiliki, in quo erat Henricus junior, dataque praeda urbis suis commilitonibus, abit secum abducens Henricum, quasi uile quoddam mancipium. Hroswitha in carn. Pane-

ad Ruram & regis fratrem germanum tenuit captiuum. Ex-pugnauit deinde Thancmarus urbem, quae dicitur Heresburg, & collecta ualida multitudine, sedet in ea, multa inde exercens latrocinia. h) Extremo Otto rex eum omnibus ad-hibitis uiribus ita persecutus est, ut recepta dicta urbe Heresburg, Thancmarus in ejusdem *urbis* aede necatus sit. Iam quaestio non minoris momenti indaganda est, quaenam urbs intelligenda sit: num Mons Martis siue Martisburgum, an notissimum castellum Ehresburg? Audiamus ipsos scriptores coaeuos jam laudatos; Witichindus: i) „Rex autem licet „inuitus, uidens rem ad tam ingens periculum procedere, ad „edemandam Thancmari insolentiam, cum multo comitatu „perrexit ad Heresburg. Ciues autem urbis illius cognoscentes de rege, quia super se cum ualida manu appropinquaasset, apertis portis introduxerunt exercitum. Thancma-

A 3

, rus

Panegyr. de gessis Oddonum ap. Reuber. p. 167. uocat Badulini, canendo:

Tandem per certe conflictu progreidente,  
Praeditus Praeses (Euerhardus) male collectas legiones  
Mox ad castellum Badulini capiendum  
Ex improuiso mittens, sub nocte nigella  
Duxit captiuum fratrem regis generosum  
Henricum, uincis palmas strigendo cruentis  
Eius candidulas ornamentis magis aptas.

Meliori autem jure sequimur doctam Meibomii conjecturam in not. ad Witichind. annal. tom. I. p. 648. quod intelligendum sit Bellick, infra Rudenam ad Ruram Comitatus Marcani in Westphalia fluuium, adeoque maiorem in modum errasse Krantzium, Spangenbergium, Peucerum aliosque in locis ibi allegatis. Deinde falso omnia est, quod Gobelinus Persona in Cosmiodromii aera. VI c. 48. ap. Meibom. tom. I. p. 248. tradit. Verba ejus ista sunt: Henricus dum adhuc erat adolescentis, tenuit Eresburg, quam modo appellamus Montem Martis: & tunc quidam Thancmarus cum adjutorio Everardi Ducis Francorum obsedit eum in eadem urbe, & cepit eam; & Henticum fratrem regis captum posuit Everhardus Dux in custodiam.

h) Witichind. l. c.

i) L c. p. 648

„Irus autem fugit in ecclesiam, a Leone Papa beato Petro Apo-  
stolo dedicatam. Exercitus autem persecutus est eum usque  
in templum, & maxime satellites Henrici, dolentes ac uin-  
dicare contendentes injuriam Domini sui. Nec ueriti januas  
ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacram aedem. Thanc-  
marus autem stebat iuxta altare, depositis desuper armis cum  
torque aurea. Cumque ex aduerso telis urgeretur, Thiat-  
boldus quidam, nothus Cobbonis, cum conuiciis ei uulnus  
inflixit, ilicoque ab eo recepit, quo uita cum terribili infan-  
ia in breui caruisset. Quidam autem militum Maincia uoca-  
bulo per fenestram altari contiguam lancea a tergo perfos-  
sum ibi secus aram extinxit Thancmarum. „ Ditmarus au-  
tem dicto loco k) hunc casum his uerbis enarrat: „hunc nem-  
pe Tammonem (Thancmarum) rex in Mersburgk (Leib-  
niz in not. ponit Eresburg) obsedit, filiumque (iterum Leib-  
niz exprimit: fratremque) ab iniqua praesumitione terrori-  
bus & blanditiis amouere curauit. Sed exercitus capta ur-  
be ingressus, juuenem praeformatum usque in ecclesiam S. Petri,  
ubi prius ab antiquis Irminsul colebatur, bello defatigatum  
depulit. Ad ultimum autem Maginzonis (Meinzonis) ha-  
sta de fenestra tiro perfossus a tergo, secus aram oppediuit  
(oppetiuit.)

Primo statim intuitu appetet, scriptores hosce coae-  
uos, alioquin fide dignissimos, disprepare quidem uerbis,  
sed non reipsa. Per Merseburgk, Mersberg, non aliud op-  
pidum quam Ehresberg intelligendum in Westphalia, ubi  
fedes Irmensulae fuit, non Martisburgum in Saxonia supe-  
riori ad Salam, id quod eo etiam confirmatur, quod Witi-  
chindus expressis uerbis memorat: a Leone Papa ecclesiam  
in Mersberg beato Petro Apostolo esse dedicatam. Memi-  
nit

k) ap. Leibniz. p. 331.

nit etiam Theodoricus Niemius dedicationis fani Eresburgensis ab hoc Papa factae, & pluribus ea de re agit Baronius tom. IX. annal. ecclesiast. Nullibi uero legitur, Leonem Papam ad Salam Thuringicam penetrasse. His ita expositis ac praemissis judicare licebit de conjectura audaci ac postera, quam facit Vir Cl. Johannes Hübner, J. V. L. 1) in explicando Martisburgo, primaria Capituli urbe, uerbis:  
„Auf der Seite gegen Halle liegt eine Vorstadt, welche „Altenburg genennet wird, da steht ein Gebäude, welches weyland eine Kirche zu St. Petri gewesen ist: da kan man noch das Fenster sehen, durch welches A. 937. der Sächsische Prinz Tancwerdus von einem Soldaten vor dem Altar erstochen ward. Sein Vater war Kayser Henricus Auceps, und sein Bruder Otto I., die andern Umstände mus man in der Historie suchen. Ich habe diesen Umstand nur darum bekannt machen wollen, weil so viel disputirt wird, wo doch dieses Altenburg in der Welt liegen müsse.

Certe noua, quae adhuc fuit occulta & inuoluta, in re historica ueritas nobis nunc esset aperta & indagata, si quod assertum est, ex genuinis etiam fontibus haustum esset atque probatum, sed scriptores supra laudati, Witichindus nempe & Ditmarus aliquique tacent de suburbio Altenburgo, de quo nec unquam ulla quaestio instituta est, bene autem de Eresburg & Merseburg, annon unum idemque oppidum sit; ita uero disquisitum fuisse, nos satis probatum dedimus. Celeberrimi etiam nostra aetate Historici, qui hanc rem commorant, & quos inter optimo jure praedicamus B. G. Struue,

1) In Geograph. plenior. tom. III. p. m. 792. seq. edition. Berolinens. 1745.

AKTn 1666

ue, m) Ioh. Dau. Köhler, n) Joh. Jac. Mascon, o) caedem Thancmari peractam dicunt in oppido Ehresburg, imo P. Joh. Barre, Gallus, qui multum de Germaniae nostrae historia meruit, p) eo, quo hodie dicitur & scribitur, nomine appellat Stadtberg. Nullus uero horum Auctorum caedem, de qua exposuimus, in suburbio Altenburg patratam esse dicit, quod profecto ab iisdem omisum non fuisset, si circa locum tantam obseruarint discrepantiam, quam omnino obseruare debuissent, qui alias certum in historia & exploratum sedulo ueritatem sectari consueuerunt.

Sed monendum nunc est, qua occasione & quem in finem haec praefati simus, nimirum juuenis, morum praestantia, uarioque doctrinarum genere ornatissimus

JOH. ALBERTVS CHRISTOPHORVS  
FISCHER,

*Coburgensis,*

hodie sacris finitis, peroratus est de *eloquentia in tacendo*, quod argumentum ipse, ingenio suo dignum, selegit. Is ualedicet uobis, atque in Academia Jenensi studium juris deinceps bono cum Deo continuabit. Valete & commilitonem optimum, ut par est, libenter audite. Coburgi Festo S. Michael. A. S. MDCCL.

- m) In syntagm. hist. German. diss. XII. §. VI. p. m. 322. seq.  
n) In der grndl. Reichshistor. p. m. 72.  
o) In Commentar. de reb. Imp. Romano-German. p. 27.  
p) In Geschichten von Deutschland, tom. II. p. 462.

ULB Halle  
002 100 762



3



UD 18



XI Πη 1666

B.I.G.

# ATA NCMARI,

# PIS SAXONIAE,

## DESIGNAT,

M V L Q V E

# NAE REI LITTE- E FAVENTES

AD

# TIONEM

# PIENDAM

## **ER AC OFFICIOSE**

## INVITAT

RVS BERGER, D.

AC HIST. P. P. O.

OBVRGL

## NA OTTONIANA.